



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumentum epistole. xx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70184](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70184)

Liber primus

Expertus metuit: tu dum tua nauis in alto est
Hoc age: ne mutata retrosum te ferat aura
Oderunt hilarem tristes: tristemq; iocosi
Sedatum celeres agilem gnauumq; remissi
Potiores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quamuis
Nocturnos iures te formidare tepores
Deme supercilio nubem: plerumq; modestus
Occupat obscuri spectem: taciturnus acerbi
Inter cuncta leges et percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter euum
Ne te semper inops agitet veretq; cupido
Non pauor et rerum mediocriter utilium spes
Virtutem doctrina paret natura ne donet
Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum
Quid pure tranquillet honos an dulce lucellum
An secretum iter et fallentis semita vite
Ne quotiens reficit gelidus digencia riuus
Quem mandela bibit rugosus frigore pagus
Quid sentire putas: quid credis amice precari
Sit mihi quod nunc est: etiam minus: ut mihi viua
Quod superest cui: si quid superesse volunt di
Sit bona librorum et prouise frugis in annum
Copia. ne fluitem dubie spe pendulus horę
Sed satis est orare iouem: qui donat et aufert
Det vitam det opes: equum mihi aum ipse parabo

Argumentum epistole. xx.

Imperat eos, q̄ quorū hoīm vitia imitari sunt eorū virtus

Epistolarum.

tes imitari nō valent, vt q̄dem cū audiant Romeꝝ vinosum fuisse eius q̄dem ebriositate imitantur ipsius aut doctrinam atq; studium imitantur minime.

Ad Mecenatem

Prisco si credis mecnas docte cratino
Nulla placere diu: nec viuere carmina possunt
Quę scribuntur aque potoribus: vt male sanos
Adscripsit liber satyris faunifq; poetas
Vina fere dulces oluerunt mane camenę
Laudibus arguitur vini vinosus homerus:
Enius ipse pater nunq; nisi potus ad arma
Profiluit dicenda: forum putealq; libonis
Mandabo siccis: adinam cantare seueris
Hoc simul edixit: nec cessauere poetę
Nocturno certare mero putere diurno
Quid: si quis vult toruo ferus ⁊ pede nudo
Exigueq; togę simul ⁊ textore catonem
Virtutem ne representet moresq; catonis
Rupit byarbitam Timagenis emula lingua
Dum studet vrbano tenditq; disertus haberi
Decipit exemplar vicijis imitabile: quod si
Pallerem casu: biberent exangue cuminum
Omitatores seruum pecus. vt mihi sepe
Bilem sepe iocum vestri mouere tumultus
Libera per vacuum posui vestigia princeps
Non aliena malo meo pressi pede: qui sibi fidet
Dux regit examen parios ego primus iambo
Ostendi latio numeros animosq; secutus
Archilochi non res ⁊ agentia verba lycambem